Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift



rata. Qui sustinuerunt pro ea omnes angustias & persecutiones. Crediderunt
enim repromissioni eius & idcirco flagrantiam sibi boni odoris parauerunt.
Consideremus ergo eos. quos deus dominatione donauit si forte
eis seruire mereamur: & eorum adherere doctrinę: relicta omni superbia
& peccato fortissime resistentes. ALFA. quod absq; timore operatur in cor
poribus. Absorpta est enim mors inuictoria: & quomodo rursum infir
mati sumus. in hoc tempore scientes quod statura sit ecclesia. & diri
genda in bono. sicut & predixi tibi. Hostis quod securis non glorietur
in eo qui precidit: & doceant nos scripturę habere responsum mor
tis. Quam si deuorauerimus saluamus animas nras: Non est timen
dus interitus in loco peregrinationis nrę: s; pugnandum quomodo pacem
cum his qui dei iustificationes custodiunt habere possimus. HETA.
Si lucreris omnem mundum. & habeas contra deum inimicitias: quę
est utilitas: Decet igitur ut quę dicuntur nobis aliquando intelli
gamus: scientes quod mundus pretereat. & concupiscentia eius. Vigilate
& uidete quomodo ambuletis. Nouimus quod in eruditis occurrat
mors. Et ideo intelligite tempora. in quib; est error & seductio. Con
sidera horas & momenta. & mensium spacia. quorum cursu humana
uita deuoluitur & eorum numero scitur: quanto tempore unusquisq;
uixerit. ut possint colligere fruges suas. & implere ex his horrea.
& sementem futuris messibus preparare: ut culturę studia temporae
messionis inueniant. & coram deo & hominib; possideant. necessaria
mortis timore superato. & transeunte mundo: non celebrent festos
dies inuestimentis ueterib;. Ciuitates destructę sunt: & replete alienis.
Qui autem pii sunt: sapiens inuere consilium. Luxit in deserto aqua:
& exultauerunt uiuenta ac uolatilia. Sapiens & continens homo non
unguetur unguento. quod demolitę sunt muscę morientes: & quod
compositum est filiis agri. Ideo uigilare debemus. & omni sollicitudi
ne futuris dapibus prouidere: ne confundamur in tempore quando
quando uenerint tempora refrigerii. & ne ingrediamur subditi ser
uituti: s; simus noua conspersio. scientes. quod pulchritudo agri no
biscum sit. Loquitur & alibi sermo diuinus. Numquid comedam car
nes thaurorum aut sanguinem hyrcorum bibam: Quam obrem non
circumferamur omni uento doctrinę: quia uenit tempus ut sancti
regnum accipiant. Expandit syon manus suas: non est qui consoletur
eam. Iuuenes infirmati sunt. In plagis lignorum dispergens aquas itine